



Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1479. usque ad annum 1494

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1768

VD18 90118340

§. 89. Rex Astam ingressus, pustularum morbo affectus

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66444](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-66444)

Sæcul. XV.
A. C. 1494.

*Comm. l.7.
c. 5.*

tanos stationem deferere compellit: Neapolitanæ enim triremes prima globorum ac flammæ tempestate, quam grandiora Regis navigia in illas exonerabant, terrore turbabantur, & quamvis militum suorum vix centum qua cæsi, qua vulnerati, desiderarentur, nihilominus præcipiti fuga confestim dissipatae, quo cunque appulsæ omnia mæsto pavore replebant. Hæc gesta fuere die decima septima Julii (*).

§. LXXXIX.
Rex Astam ingressus, pustularum morbo affectus.

Interea Rex die vigesima nona Augusti Gratianopoli discessit, ac Reginam, quæ Maritum suum usque ad hanc urbem comitabatur, Lutetiam Parisiorum remisit; ipse vero, Vapincum, atque Embrodunum contendens, Segusium pervenit, ubi splendide receptus est a Sabaudiæ Ducissa, quæ olim Caroli Anno millesimo quadringentesimo octogesimo nono, ætatis suæ vigesimo primo defuncti conjux, nomine Blanca, Guilielmi Montisferrati Marchionis Filia erat; hæc Carolo, quocum Taurinum venerat, o-

(*) P. Daniel diem octavam Septembri assignat.

mem suum mundum muliebrem, mo- Sæcul. XV.
nilia ac annulos, ut cuncta hæc ad sub- A.C. 1494.
levandam pecuniae penuriam oppignora-
ret, commodato dedit, idque ipsum Re- Comm.l.7.
gi obsequium præstítit Montisferrati
c. 6.
Marchionissa, eademque singula Carolus Spond. ad
ann. 1494.
pro viginti quatuor aureorum millibus num. 4.
in pignus tradebat. Tandem Pedemon-
tium percurrens, ubique summis hono-
ribus exceptus est, ac demum die nona
Septembris Astam ingressus morbo, quem
variolas seu pustulas (*) vocant, affe-
ctus ibidem expectatione sua diu-
tius hærere compulsus est, cum Neapo-
litanus Rex interea hanc moram oppor-
tune in rem suam verteret, suumque ex-
ercitum novis copiis plurimum augeret,
Sub idem tempus Alexander Episcopum
Calaguritanum ad Venetos decernit, ut
Senatum ad foederis societatem adver-
sus Gallos concitaret, siue eum succes-
sus falleret, saltem Reipublicæ Senato-
res induceret, ut illi Ludovicum a foede-
re cum Carolo Rege inito averterent, ei-
que renuenti bellum nunciarent. Ve-
rum utraque Legati propositio a Vene-
tis rejecta est, non sine gravi Pontificis,
atque Alphonsi mærore.

§. XC.

(*) Gallis petite verole, Germanis ~~wur~~
Kinder-Wlateren, oder Pocken.